

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia ae  
cum fonte primo

Auarus hic ardet estu  
concupiscencie ac multiplici cura custodie  
et post modum ardebit igne gehenne.  
Si potentiorem uidet, timet raptorem;  
si inferiorem, suspicatur furem.  
Infelix tanta patitur quanta pati timet.

Gregorius in quadam omelia.

←

→

Hinc inde insidiatores metuit atque hoc se perpeti  
quod ipse fecit aliis pertimescit. Formidat potiorem  
(potentiorem) alterum ne hunc sustineat uiolentum;  
pauperem uero cum conspicit, suspicatur furem.  
Ipsa quoque quae congesta sunt curat  
magnopere ne ex naturae propriae defectu  
per negligentiam consumantur.  
In his itaque omnibus quia timor ipse poena est,  
tanta infelix patitur quanta pati timet.  
Post hoc quoque ad gehennam ducitur,  
aeternis cruciatibus mancipatur.  
Omnis ergo dolor super eum irruit,  
quem et hic prius poena  
concupiscentiae, postmodum uero cura custodiae,  
et illic quandoque poena ultioris cremat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 15.23 (CCSL 143A,  
M. Adriaen ed., pp.765-6, ll.7-17).